

(Kaspar Aindorffer, Abt von Tegernsee), an NvK. Er bittet ihn um Beantwortung der auf einem beiliegenden Zettel niedergeschriebenen Zweifelsfragen und um Übersendung der ebendort aufgelisteten Bücher. Ferner bittet er den Kardinal um gütige Fürsprache bei (Rentmeister) Konrad Zoppot.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 75^v.

Druck: Vansteenberghe, Autour 161 Nr. 35; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 184, 186.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 185, 187.

Regest: Agethen, Apographa epistolarum 130.

Reverende nec non graciosissime pater et domine. Post sui suorumque cum obediencia perpetua devotam recommendacionem, oraciones humilimas, quas deus faciat dignas simul et devotas. Ad vestre rev^{me} paternitatis, quam gero cordiali puraque confidencia utique ex filiali prodiens sincerissimo amore, quia nimium presumit, hinc eciam nunc iterum scribere vestramque rev^{mam} p. fatigare inpellit, ut quem facialiter videre eiusque perfrui colloquio dignus non sum, saltem per litteras visitans, litteris pariter , revisitatus¹⁾, ut sic videre eandemque audire per ymaginem queam, et hec mea sit interim consolacio summa, usque quo deus aliter sua gracia dignabitur ordinare.

Reverendissime pater, in prioribus multis vestre rev^{me} p. michi sepius experta magnitudo mansuetudinis et benivolencie tantam in me contulit spem vere confidencie amorisque, ac fidei integritas exinde tantum succrexit, ut nullatenus diffidere nec sinatur nisi filialiter timere. Igitur ad presens devocio humilis 10 optineat, quod ordinata peticio postulare ignorat, sedula dubiorum, quam cum presentibus transmitto²⁾, ipsa per se dat intelligere, quid velim. Dignetur itaque vestre r. p. dominacio dignantissima meis votis benignissime annuere et cuilibet dubiorum aptum assignare responsum atque, prout petitur, nodis corundem dissolutis scedulam ipsam cum libris in ea signatis remittere cum presenti.

Preterea cum domino Conrado Zoppot vestra rev^{ma} paternitas pro filiis agat sollicite, ut si quomodo 15 est fieri possibile, graciam ab eodem et indulgenciam consequantur.³⁾ Det deus.

Memoria vestre r. p. nobiscum agitur cottidie devota. Sit ergo non inmemor suorum pater filiorum, quorum vota deus prospiciens acceptet benignus.

Ex monasterio Tegrinsee

11 presentibus: em. presentis.

¹⁾ Aindorffer greift eine Formulierung des NvK auf; vgl. Nr. 4071 Z. 5: licet corpore absens, spiritu tamen presens semper existo.

²⁾ Die übersandten Fragen sowie die Antworten des NvK finden sich in Nr. 4646.

³⁾ Der Hintergrund dieser Bitte um Fürsprache bei Konrad Zoppot, Domherrn zu Brixen, ist bislang ungeklärt. Zoppot fungierte damals übergangsweise als Rentmeister des NvK. Daher ist hier wahrscheinlich das Darlehen über 200 fl. angeprochen, welches NvK im Juli 1455 an den Tegernseer Prior Bernhard von Waging hatte auszahlen lassen (s.o. Nr. 4436). Bei der Amtsumübergabe im Oktober 1455 hatte Zoppot diesen Posten als Außenstand notiert (BRIXEN, DA, HA 27325 p. 57) und möglicherweise zwischenzeitlich die Rückzahlung angemahnt.